

‘Itane putas â sociis et amicis meis, ab his denique que generi mee congruunt et etati, studiorum tuorum occupatione supersticiosa me posse divelli, natum in diviciis, nutritum in deliciis, assuetum gaudiis, abstinere placitis, aspera sustinere, tristibus immorari? Ubi sunt, in quibus oblectabar ad votum, me sequentium et obsequentium michi grata sollatia, fida societas, decorus aspectus, nitidus apparatus? Ubi sunt deambulationes, comessationes, vocum modulationes, carminum recitationes, secus decursus aquarum, in pratis, in ortis, in viridariis nemorumque frondosis? Ubi sunt arte florentes ocree cum radiantibus auro calcaribus, ubi sunt equi decori faleris et superba frementes in frenis aureis? Ubi ludus in avibus celi, littoreus aut campanus, hyemalis in illis, in istis estivus? ubi canora canum iocunditas, sagacitas odoratus, spectanda celeritas per opaca silvarum, devexa collium, profunda vallium, plana camporum? Ubi sunt in securitatem et absconsionem â turbine et â pluvia thalami laqueati stellati luminaribus, adornati stramentis mollibus, in quibus splendet vitrum, rutilat aurum, nitet argentum, vivit color, pictura loquitur, arrident mensarum candida facies, odoriferi saporis, exquisita fercula, pocula pigmentata, ministrorum elegancia, stratorum grata mollicies, et caminus â tergo blandiens; dulce resonant cantilene, lasciviant voces in organis, mulcent auditus lira, tybia, symphonia, et psalterium iocundum cum cythara? Quorsum abiit, qua fortune procella periit, quo rerum languore tabuit decor quem habuit in serenis excepcionibus hostium, in conventu nobilium clericorum, in adventu militum et potentium virorum, in fremitu conculcancium terram, in strepitu concucientium urbem, in aspectu discurrentium cintillarum ex splendore fulguris armorum suorum, in ingressu glorie cupidis oleum fame vendentium, cum psaltriis, histrionibus et cytharedis, et omni frequentia ducentium in gaudio dies suos, in largis muneribus et magnis expensis?’

In der That eine reizende und sehr anmuthige Schilderung des fröhlichen Genusslebens der reichen französischen Kleriker, ganz entsprechend der nur kürzer gefassten im 5. Briefe, wo auch die nicht unbegründete Besorgnis ausgesprochen war, dass sein Freund durch diese Freuden von dem ernsteren Studienleben sich abhalten lassen werde. So gern aber auch der äussere Mensch dahin zurückkehren wollte, der innere hielt Stand; mit Mühe hatte er sich eben von diesen Sirenen losgerissen, die zum Verderben führen. Recht geschickt ist diese Schilderung der inneren Kämpfe durchgeführt; endlich muss doch der äussere Mensch nachgeben, und da er nicht dahin gehen kann, wohin er so gern möchte, sich von dem inneren diesen Brief dictieren lassen.

Von seinen eigenen Angelegenheiten zu berichten muss